Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Publij vergilij maronis liber secundus de excidio troiano

https://hdl.handle.net/1874/461210

Publij virgilij maronis liber ſecundus de excidio troiano

Que Secundo Aeneidos libro cũtineantur.

Funera dardanie narrat. fletuſq; ſecundo
Conticuere om̄s. tunc ſic fortiſſim⁹ heros
Fata recenſebat Troie. caſuſq; ſuorum
Fallaces Graios. ſimulataq; dona Minerue
Lacontis penam. et laxantem clauſtra Sinonem
Somnum quo monitus acceperat Hectoris atrū
Jam flammas celi. troum. patrieq; ruinas
Et regis Priami fatum miſerabile ſemper
Impoſitūq; patrem collo. dextraq; prehenſum
Aſcanium. fruſtra a tergo comitante Creuſa
Ereptam hanc fato. ſocios in monte repertos.

P. Virgilij Maronis Aeneidos liber ſecūd⁹.

Conticuere om̄s. intentiq; ora tenebant
Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto.
Infandum regīa iubes renouare dolorem.
Troianas vt opes. et lamentabile regnum.
Eruerint danai. queq; ipſe miſerrima vidi.
Et quorum pars magna fui. quis talia fando.
Mirmidonū Dolopū ue. aut duri miles Vlixi
Temperet a lachrimis. et iam nox humida celo
Precipitat. ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.
Et breuiter Troie ſupremum audire laborem

Quāq̃z anim⁹ meminiſſe horret. luctuq̨z refugit
Incipiam Fracti bello. fatiſq̨z repulſi
Ductores danaum. tot iam labentibus annis
Inſtar montis equum diuina palladis arte.
Edificant. ſectaq̨z intexunt abiete coſtas
Uotum pro reditu ſimulant. ea fama vagatur
Huc delecta virum ſortiti corpora furtim.
Includunt ceco lateri penituſq̨z cauernas
Ingentis. vterumq̨z armato milite complēt
Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama
Inſula. diues opū. Priami dum regna manebāt
Nunc tantum ſinus. et ſtatio maleſida carinis.
Huc ſe prouecti deſerto in littore. condunt
Nos abiiſſe rati. et vento petiiſſe Mycenas
Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu
Panduntur porte. iuuat ire et Dorica caſtra
Deſertoſq̨z videre locos. lituſq̨z relictum
Hic dolopū manus. hic ſeuus tendebat achilles
Claſſibus hic locus. hic acies certare ſolebant.
Pars ſtupet innupte donum exitiale minerue.
Et molem mirantur equi. p̄muſq̨z Tymoethes
Duci intra muros hortatur. et arce locari.
Siue dolo. ſeu iam Troie ſic fata ferebant
At Capys. et quorum melior ſententia menti

Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaqꝫ dona
Precipitare iubent. ſubiectiſqꝫ vrere flāmis.
Aut terebrare cauas vteri. ⁊ tentare latebras.
Scinditur incertum ſtudia in cōtraria vulgus.
Prim⁹ ibi ante omnis magna comitāte caterua.
Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce
Et procul O miſeri que tanta inſania ciues
Creditis auectos hoſtes. aut vlla putatis.
Dona carere dolis Danaum. ſic notus Vlyxes
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui
Aut hec in noſtros fabricata eſt machina muros.
Inſpectura domos. venturaqꝫ deſuper vrbi
Aut aliquis latet error. equo ne credite Teucri.
Quicquid id eſt. timeo danaos. ⁊ dona ferentes
Sic fatus validis ingentē viribus haſtam.
In latus. inqꝫ feri curuam compagibus aluum.
Contorſit. ſtetit illa tremens. vteroqꝫ recuſſo
Inſonuere caue. gemitumqꝫ dedere cauerne
Et ſi fata deum. ſi mens non leua fuiſſet
(Impulerat ferro Argolicas foedare latebras)
Troiaqꝫ nunc ſtares Priamiqꝫ arx alta maneres
Ecce manus iuuenē interea poſt terga reuinctū.
Paſtores magno ad regem clamore trahebant
Dardanide. qui ſe ignotum venientibus vltro.

Hoc ipſum vt ſtrueret. troiāq; aperiret Achiuis.
Obtulerat. fidens animi. atq; in vtrumq; parat⁹
Seu verſare dolos. ſeu certe occumbere morti
Vndiq; viſendi ſtudio Troiana iuuentus.
Circunfuſa ruit. certantq; illudere capto.
Accipe nūc Danaum inſidias. & crimine ab vno.
Diſce omnes
Namq; vt conſpectu in medio turbatus inermis
Cōſtitit. atq; oculis Phrygia agmina circūſpexit
Heu que nunc tell⁹ (inq̄t) que me equora pn̄t.
Accipere. aut q̄d iam miſero mihi deniq; reſtat
Cui neq; apud Danos vſq̄. locus. inſuper ipſi.
Derdanide infenſi penas cum ſanguine poſcūt
Quo gemitu conuerſi animi. cōpreſſus et oīs
Impetus. hortamur fari. quo ſanguine cretus.
Quid ve ferat. memoret que ſit fiducia capto
Ille hec depoſita tandem formidine fatur
Cuncta equidē tibi rex (fuerit q̄d cūq;) fatebor.
Vera (inquit) neq; me Argolica degēte negabo
Hoc primum. nec ſi miſerū fortuna Sinonem.
Finxit. vanum etiā. mēdacēq; improba finget.
Fando aliquid. ſi forte tuas peruenit ad aures
Belide nomen Palamedis. et inclyta fama.
Gloria. quem falſa ſub proditione Pelaſgi

Inſontem infando iuditio (quia bello vetabat)
Demiſere neci. nunc caſſum lumine lugent
Illi me comitem. et conſanguinitate propinquū
Pauper in arma pater primis huc miſit ab ānis.
Dum ſtabat regno incolumis. regumq; vigebat
Conſilijs. et nos aliquod nomenq; decuſq;
Geſſimus. inuidia poſtq̄ Pellacis vlyxi
(Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris
Afflictus vitam in tenebris. luctuq; trahebam
Et caſum inſontis mecum indignabar amici
Nec tacui demens. et me fors ſi qua tuliſſet
Si patrios vnq̄ remeaſſem victor ad agros.
Promiſi vltorem. et verbis odia aſpera moui
Hinc mihi prima mali labes. hinc ſemꝑ Vlixes
Criminibus terrere nouis. hinc ſpargere voces
In vulgum ambiguas. et querere cōſcius arma
Nec requieuit enim. donec Calchante miniſtro
Sed quid ego hec autē nequicq̄ igrata reuoluo
Quidue moror. ſi oēs vno ordine hētis Achiuos
Idq; audire ſat eſt. iamdudum ſumite penas
Hoc ithacus velit. et magno mercentur Atride
Tum vero ardemus ſcitari. et querere cauſas
Ignari ſcelerum tantorum. artiſq; Pelaſge
Proſequitur pauitans. et ficto pectore fatur

Sepe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri. et longo feſſi diſcedere bello
Feciſſentq; vtinam. ſepe illos aſpera ponti
Intercluſit hyems et terruit auſter euntes
Precipue cum iam hic trabibus cōtext⁹ acernis
Staret equus. toto ſonuerunt ethere nymbi
Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phebi
Mittimus. iſq; adytis hec triſtia dicta reportat
Sanguine placaſtis ventos. et virgine ceſa
Cum primū iliacas Danai veniſtis ad oras
Sanguine querendi reditus. animaq; litādū.
Argolica vulgi que vox vt venit ad aures
Obſtupuere animi. gelidusq; per ima cucurrit
Oſſa tremor. cui fata parent. quē poſcat Apollo
Hic ithacus vatem magno Calchāta tumultu
Protrahit in medios. que ſint ea numina diuū
Flagitat. et mihi iam multi crudele canebant
Artificis ſcelus. et taciti ventura videbant
Bisquinos ſilet ille dies. tectusq; recuſat
Prodere voce ſua quemq̄. aut opponere morti
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Compoſitam rumpit vocem. et me deſtinat are
Aſſenſere omnes. et que ſibi quiſq; timebat
Vnius in miſeri exicium conuerſa tulere

Iamq; dies infanda aderat. mihi ſacra parari
Et ſalſe fruges. et circū tempora vitte.
Eripui (fateor) letho me. et vincula rupi
Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in vlua
Delitui. dum vela darent. ſi forte dediſſent
Nec mihi iam patriā antiquam ſpes vlla vidēdi
Nec dulces natos. exoptatumq; parentem
Quos illi fors ad penas ob noſtra repoſcent
Effugia. et culpā hanc miſerorum morte piabūt.
Quod te per ſuperos. ⁊ conſcia numina veri
Per ſiqua eſt que reſtat adhuc mortalibus vſq̃.
Intemerata fides. oro miſerere laborum.
Tantorum. miſerere animi non digna ferētis
His lachrymis vitā damꝰ. ⁊ miſereſcimꝰ vltro
Ipſe viro primus manicas. atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamꝰ. dictiſq; ita fatur amicis
Quiſquis es. amiſſos hinc iā obliuiſcere graios.
Noſter eris. mihiq; hec ediſſere vera roganti.
Quo molē hanc immanis equi ſtatuere q̃s auctor.
Quidue petunt. q̃ relligio. aut que machina belli
Dixerat. ille dolis inſtructus. et arte pelaſga
Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas.
Vos eterni ignes. ⁊ non violabile veſtrum
Teſtor numen (ait) vos are. enſeſq; nephandi

Quos fugi. vitteq; deum quas hoſtia geſſi
Fas mihi graiorum ſacrata reſoluere iura
Fas odiſſe viros. atq; omnia ferre ſub auras
Si qua tegunt. teneor patrie nec legibus vllis.
Tu modo promiſſis maneas. ſeruataq; ſerues
Troia fidem. ſi vera feram. ſi magna rependam.
Omnis ſpes danaum. et coepti fiducia belli.
Palladis auxilijs ſemper ſtetit. impius ex quo
Tytides ſed enim ſcelerumq; inuentor Vlixes
Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo
Palladium. ceſis ſumme cuſtodibus arcis
Corripuere ſacram effigiem. manibuſq; cruentis.
Virgineas auſi diue contingere vittas.
Ex illo fluere. ac retro ſublapſa referri
Spes danaum. fracteq; vires. auerſa dee mens.
Nec dubijs ea ſigna dedit tritonia monſtris.
Vix poſitum caſtris ſimulacrū. arſere coruſce.
Luminibus flamme arrectis. ſalſuſq; per artus.
Sudor iit. terq; ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit. parmamq; ferens. haſtamq; trementē
Extemplo tentanda fuga canit equora Calchas
Nec poſſe Argolicis excindi Pergama telis
Omnia ni repetant Argis. numenq; reducant.
Quod pelago. et curuis ſecum aduexere carinis.

Et nunc quod patrias vento petiere Mycenas
Arma. deoſq; parant comites. pelagoq; remenſo
Improuiſi aderunt. ita digerit omnia Calchas
Hanc pro palladio moniti. pro numine leſo
Effigiem ſtatuere nephas que triſte piaret
Hanc tamen immenſam Calchas attollere molē.
Roboribus textis. celoq; educere iuſſit
Ne recipi portis. aut duci in menia poſſit
Neu populum antiqua ſub relligione tueri
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona minerue
Tum magnū exitiū (qd dij prius omen in ipſum
Cōuertant) Priami iperio. phrygibuſq; futurū
Sin manibus veſtris veſtrā aſcendiſſet in vrbē
Vltro Aſiam magno Pelopeia ad menia bello
Venturam. et noſtros ea fata manere nepotes.
Talibus inſidijs periuriq; arte Sinonis
Credita res. captiq; dolis. lachrymiſq; coacti
Quos neq; Tydides. nec Lariſſeus Achilles
Non anni domuere decem. non mille carine
Hic aliud maius miſeris. multoq; tremendum
Obijcitur magis. atq; improuida pectora turbat
Laocoon ductus Neptūno ſorte ſacerdos
Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras
Ecce autē gemini a Tenedo tranquillia per alta

(Horreſco referens) immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago. pariterq; ad littora tendunt
Pectora quorum inter fluctus arrecta. iubeq;
Sanguinee ſuperant vndas. pars cetera pontū
Pone legit. ſinuatq; immenſa volumine terga
Fit ſonitus ſpumante ſalo. iamq; arua tenebant.
Ardenteſq; oculos ſuffecti ſanguine et igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora
Diffugimus viſu exangues. illi agmine certo
Laocognta petunt. et primum parua duorum
Corpora natoꝝ ſerpens amplexus vterq;
Implicat. et miſeros morſu depaſcitur artus.
Poſt ipſum auxilio ſubeuntem. ac tela ferentem.
Corripiunt. ſpiris ligant ingentibus. & iam.
Bis medium amplexi. bis collo ſquammea circū
Terga dati ſuperant capite. & ceruicibus altis
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos.
Perfuſus ſanie vittas. atroq; veneno
Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit
Qualis mugitus. fugit cum ſaucius aram
Taurus et incertam excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones.
Effugiunt. ſeueq; petunt Tritonidis arcem.
Sub pedibuſq; dee clypeiq; ſub orbe teguntur.

Tum vero tremefacta nouus per pectora cunct9.
Inſinuat pauor. & ſcelus expendiſſe merentem.
Laocoonta ferunt. ſacrum qui cuſpide robur.
Leſerit. et tergo ſceleratam intorſerit haſtam
Ducendũ ad ſedes ſimulacrum orandaq; diue.
Numina conclamant
Diuidim9 muros. et menia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi. pedibuſq; rotarum.
Subiiciunt lapſus. et ſtupea vincula collo
Intendunt. ſcandit fatalis machina muros.
Feta armis. pueri circum. innupteq; puelle
Sacra canunt. funemq; manu cõtingere gaudẽt
Illa ſubit. medieq; minans illabitur vrbi.
O patria. o diuũ domus Ilium. et inclyta bello
Menia Dardanidũ. quater ipſo in limine porte
Subſtitit. atq; vtero ſonitũ quater arma dedere.
Inſtamus tamen immemores. ceciq; furore
Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris.
Ora dei iuſſu. non vnq̃ credita Teucris
Nos delubra deum miſeri. quibus vltimus eſſet
Ille dies. feſta uelamus fronde per vrbem
Vertitur interea celum. et ruit oceano nox
Inuoluens vmbra magna terramq;. polumq;.

Myrmidonumqꝫ dolos. fuſi per moenia teucri
Conticuere. ſopor feſſos complectitur artus
Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat.
A tenedo. tacite per amica ſilentia lune
Littera nota petēs. flammas cum regia puppis.
Extulerat. fatiſqꝫ deum defenſus iniquis.
Incluſos vtero danaos. ⁊ pinea furtim.
Laxat clauſtra Sinō. illos patefactus ad auras
Reddit equus. letiqꝫ cauo ſe robore promunt
Therſandrus Sthelenuſqꝫ duces. ⁊ dirꝰ Vlixes.
Demiſſum lapſi per funē Athamaſqꝫ Thoaſqꝫ
Pelideſqꝫ Neoptolemus. primuſqꝫ Machaon.
Et Menelaus. ⁊ ipſe doli fabricator Epeus.
Inuadunt vrbem ſumno. vinoqꝫ ſepultam
Ceduntur vigiles. portiſqꝫ patentibus omnes.
Accipiunt ſocios. atqꝫ agmina conſcia iungunt.
Tempus erat quo prima quies mortalibꝰ egris.
Incipit et dono diuum gratiſſima ſerpit
In ſomnis ecce ante oculos moeſtiſſimꝰ hector
Viſus adeſſe mihi. largoſqꝫ effundere fletus.
Raptatus bigis vt quondam. aterqꝫ cruento
Puluere. perqꝫ pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi qualis erat. quantum mutatus ab illo.
Hectore. qui redit exuuias indutus Achilli

Vel Danaum Phrygios iaculat⁹ puppib⁹ ignes
Squalentē barbam. et cōcretos ſanguine crines
Vulneraqꝫ illa gerēs. que circū plurima muros.
Accepit patrios. vltro flens ipſe videbar
Compellare virū. et moeſtas expromere voces
O lux dardanie ſpes o fidiſſima Teucrum
Que tante tenuere more. quib⁹ Hector ab oris
Expectate venis. vt te poſt multa tuorꝝ
Funera. poſt varios hominūqꝫ urbiſqꝫ labores
Defeſſi aſpicimus. que cauſa indigna ſerenos
Foedauit vultus. aut cur hec vlnera cerno
Ille nihil. nec me querentem vana moratur.
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens
Heu fuge nate dea. teqꝫ his (ait) eripe flāmis
Hoſtis habet muros. ruit alto a culmine troia
Sat patrie. priamoqꝫ datum. ſi pergama dextra
Defendi poſſent. etiam hac defenſa fuiſſent
Sacra. ſuoſqꝫ tibi commendat Troia penates
Hos cape fatorum comites. his menia quere
Magna pererrato ſtatues que deniqꝫ pōto
Sic ait. et manibus vittas Veſtamqꝫ potētem
Eternumqꝫ adytis effert penetralibus ignē
Diuerſo interea miſcentur moenia luctu.
Et magis atqꝫ magis (quamqꝫ ſecreta parentis.

Anchiſe domus. arboribuſqꝫ obtecta receſſit)
Clareſcunt ſonitus. armorumqꝫ ingruit horror
Excutior ſomno. et ſummi faſtigia tecti
Aſcenſu ſupero. atqꝫ arrectis auribus aſto
In ſegetem veluti cũ flamma furẽtibꝰ auſtris
Incidit. aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros. ſternit ſata leta. boumqꝫ labores
Precipiteſqꝫ trahit ſyluas. ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor
Tum vero manifeſta fides Danaumqꝫ pateſcũt.
Inſidie. iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano ſuperante domus. iam proximꝰ ardet
Vcalegon Sygea igni freta lata relucent
Exoritur clamorqꝫ virum. clangorqꝫ tubarum.
Arma amens capio. nec ſat rationis in armis.
Sed glomerare manũ bello. et cõcurrere in arcẽ
Cum ſocijs ardent animi. furor. iraqꝫ mentem
Precipitãt. pulchrumqꝫ mori ſuccurrit in armis
Ecce autem telis Panthus elapſus Achiuum
Panthus otriades. arcis phoebiqꝫ ſacerdos
Sacra manu victoſqꝫ deos. paruumqꝫ nepotẽ
Ipſe trahit. curſuqꝫ amens ad limina tendit.
Quo res ſumma loco Pãthu. quã prendimꝰ arcẽ.
Vix ea fatus eram. gemitu cum talia reddit.

Venit ſumma dies. ⁊ ineluctabile tempus
Dardanie fuimus Troes. fuit Ilium. ⁊ ingens
Gloria Teucrorum. ferus oīa iupiter Argos.
Tranſtulit. incenſa Danai dominantur in vrbe.
Arduus armatos medijs in moenibus aſtans
Fundit equus. victorq; Sinon incendia miſcet
Inſultans. portis alij bipatentibus adſunt.
Milia quot magnis nunq̃ venere Mycenis
Obſedere alij telis anguſta viarum
Oppoſiti. ſtat ferri acies mucrone coruſco.
Stricta. parata neci. vix primi prelia tentant
Portarum vigiles. ⁊ ceco Marte reſiſtunt.
Talibus Otriade dictis. ⁊ numine diuum
In flammas. ⁊ in arma feror. q̃ triſtis Erinnys
Quo fremitus vocat. ⁊ ſublatꝰ ad ethera clamor.
Addunt ſe ſocios Rhipheus. ⁊ maximus armis.
Iphitus. oblati per lunam Hypanisq; Dimaſq;
Et lateri agglomerant noſtro. iuuenisq; Chorebꝰ
Mygdonides. illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat. inſano Caſſandre incenſus amore
Et gener auxiliū Priamo. Phrygibusq; ferebat.
Infelix. qui non ſponſe precepta furentis
Audierat
Quos vbi conſertos audere in prelia vidi.

Incipo ſuper his Iuuenes fortiſſima fruſtra
Pectora (ſi vobis audentem extrema cupido eſt
Certa ſequi) que ſit rebus fortuna videtis
Exceſſere omnes Adytis. ariſqȝ relictis.
Dij quibus imperiū hoc ſteterat) ſuccurritis vrbi
Incenſe. moriamur. et in media arma ruamus
Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem
Sic animis iuuenū furor additꝰ. inde (Lupi ceu
Raptores atra in nebula. quos improba ventris
Exegit cecos rabies. catuliqȝ relicti
Faucibus expectant ſiccis) per tela. per hoſtes
Vadimus. haud dubiā in mortē. medieqȝ tenemꝰ
Vrbis iter. nox atra caua circumuolat vmbra
Quis cladem illius noctis. quis funera fando
Explicet. aut poſſit lachrymis equare labores.
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos
Plurima perqȝ vias ſternuntur inertia paſſim
Corpora. perqȝ domos. et relligioſa deorum
Limina. nec ſoli poenas dant ſanguine Teucri
Quondam etiā victis redit in precordia virtus
Victoreſqȝ cadunt Danai. crudelis vbiqȝ
Luctus. vbiqȝ pauor. et plurima mortis imago
Primus ſe Danaum magna comitāte caterua
Androgeos offert nobis ſocia agmina credens

Inſcius. atqꝫ vltro verbis compellat amicis
Feſtinate viri. nam que tam ſera moratur
Segnicies. alij rapiunt. incenſa feruntqꝫ
Pergama. vos celſis nūc primum a nauibus itis
Dixit. et extemplo (neqꝫ ei reſpōſa dabantur
Fida ſatis) ſenſit medios delapſus in hoſtes
Obſtupuit. retroqꝫ pedem cum voce repreſſit
Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguē
Preſſit humi nitens. trepiduſqꝫ repente refugit
Attollentem iras. et cerula colla tumentem
Haud ſecus androgeus viſu tremefactus abibat.
Irruimus. denſis et circumfundimur armis
Ignaroſqꝫ loci paſſim. et formidine captos
Sternimus. aſpirat primo fortuna labori
Atqꝫ hic ſucceſſu exultans. animiſqꝫ chorebus
O ſocij. qua prima (inquit) fortuna ſalutis
Monſtrat iter. quaqꝫ oſtēdit ſe dextra. ſequamur
Mutemus clypeos. danaumqꝫ inſignia nobis
Aptemus. dolus. an virtus. q̄s in hoſte requirat
Arma dabunt ipſi. ſic fatus deinde comantem
Androgei galeam. clypeiqꝫ inſigne decorum
Induitur. lateriqꝫ Argiuum accommodat enſem
Hoc Ripheus. hoc ipſe Dymas. omniſqꝫ iuuētus
Leta facit. ſpolijs ſe quiſqꝫ recentibus armat

Vadim⁹ immixti Danais haud numine noſtro
Multaq; per cecam congreſſi prelia noctem
Cōſerimus. multos danaū dimittimus Orco
Diffugiunt alij ad naues. et littora curſu
Fida petunt pars ingentem formidine turpi
Scandunt rurſus equū. ⁊ nota cōduntur in aluo
Heu nihil inuitis fas quemq; fidere diuis
Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo
Crinib⁹ a templo Caſſandra. adytiſq; Minerue
Ad celum tendēs ardentia lumina fruſtra.
Lumina. nam teneras arcebāt vincula palmas
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Choreb⁹
Et ſeſe medium iniecit moriturus in agmen
Cōſequimur cuncti. ⁊ denſis incurrimus armis
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Noſtrorū obruimur. oriturq; miſerrima cedes
Armorum facie. ⁊ Graiorum errore iubarum
Tum Danai gemitu. atq; erepte virginis ira
Vndiq; collecti inuadunt. acerrimus Aiax
Et gemini Atride Dolopumq; exercitus omnis
Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt. zephyruſq; notuſq; et letus eois
Eurus equis. ſtridunt ſylue. ſeuitq; tridenti
Spumeus. atq; imo Nereus ciet equora fundo

Illi etiam. ſi quos obſcura nocte per vmbram
Fundimus inſidijs. totaq; agitauimus vrbe
Apparent primi. clypeos. mentitaq; tela
Agnoſcunt. atq; ora ſono diſcordia ſignant
Ilicet obruimur numero. primuſq; Chorebus
Penelei dextra diue armipotentis ad aram
Procumbit. cadit et Rhipheus iuſtiſſimus vnus
Qui fuit in teucris. et ſeruantiſſimus equi
Dijs aliter viſum. pereunt Hypaniſq; Dymaſq;
Confixi a ſocijs. nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas. nec Apollinis infula texit
Iliaci cineres. et flamma extrema meorum
Teſtor. in occaſu veſtro nec tela. nec vllas
Vitauiſſe vices Danaum. et ſi fata fuiſſent
Vt caderem. meruiſſe manu. diuellimur inde
Iphitus. et Pelias mecum. quorum Iphitꝰ euo
Iam grauior. Pelias et vulnere tardus Vlyxi
Protinus ad ſedes priami clamore vocati
Hic vero ingentem pugnam. ceu cetera nuſq̄
Bella forent. nulli tota morerentur in vrbe
Sic Martē indomitū Danaoſq; ad tecta ruētes
Cernimus. obſeſſumq; acta teſtudine limen
Herent parietibus ſcale. poſteſq; ſub ipſos
Nituntur gradibus. clypeoſq; ac tela ſiniſtris

Protecti obijciant.prenſant faſtigia dextris
Dardanide contra turres.ac tecta domorum
Culmina cõuellũt.his.ſe(quãdo ultima cernunt)
Extrema iam in morte parant defendere telis
Aurataſq; trabes.veterum decora alta parentũ
Deuoluunt.alij ſtrictis mucronibus imas
Obſedere fores.has ſeruant agmine denſo
Inſtaurati animi regis ſuccurrere tectis
Auxilioq; leuare viros.vimq; addere victis
Limen erat.ceceq; fores.et peruius vſus
Tectorum inter ſe Priami.poſteſq; relicti
A tergo.infelix qua ſe(dum regna manebant)
Sepius Andromache ferre incomitata ſolebat
Ad ſoceros.et auo puerum Aſtyacta trahebat.
Euado ad ſummi faſtigia culminis.inde
Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri
Turrim in precipiti ſtantem.ſummiſq; ſub aſtra
Eductam tectis.unde omnis Troia videri
Et danaum ſolite naues.et Achaica caſtra
Aggreſſi ferro circum.qua ſumma labãtes
Iuncturas tabulata dabant.conuellimus alt;
Sedibus.impulimuſq;.ea lapſa repente ruinã.
Cum ſonitu trahit.et Danaũ ſuper agmina late
Incidit aſt alij ſubeunt.nec ſaxa.nec vllum

Telorum interea ceſſat genus
Veſtibulum ante ipſuz. ꝑmoqꝫ in limine Pyrrhꝰ
Exultat telis. ⁊ luce coruſcus ahena
Qualis ubi in lucē coluber mala gramia paſtꝰ
Frigida ſub terra tumidum quē bruma tegebat
Nunc poſitis nouus exuuiis nitiduſqꝫ iuuenta
Lubrica coluoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem. ⁊ liuguis micat ore triſulcis
Vna ingēs Periphas. ⁊ equoꝝ agitator Achillis.
Armiger Automedon. vna omnis Scyria pubes
Succedunt tecto. et flammas ad culmina iactant
Ipſe inter primos correpta dura bipenni.
Limina perrumpit. poſteſqꝫ a cardine vellit
Aeratos. iamqꝫ exciſa trabe firma cauauit
Robora. et iugentem lato dedit ore feneſtram
Apparet domus intus. et atria longa pateſcuut.
Apparent Priami. et veterum penetralia regū
Armatoſqꝫ vident ſtantes in limine primo
At domus interior gemitu. miſeroqꝫ tumultu
Miſcetur. penituſqꝫ caue plangoribus edes.
Femineis vlulant. ferit aurea ſidera clamor
Tum pauide tectis matres ingentibus errant
Amplexeqꝫ tenent poſtes. atqꝫ oſcula figunt
Inſtat vi patria pyrrhus. nec clauſtra. neqꝫ ipſi

Cuſtodes ſufferre valent. labat ariete crebro
Janua. et emoti procumbunt cardine poſtes
Fit via vi. rumpunt aditus. primoſq; trucidant
Immiſſi Danai. et late loca milite complent
Non ſic aggeribus ruptis. cū ſpumeus amnis
Exijt. oppoſitaſq; euicit gurgite moles.
Fertur in arua furens Cumulo. campoſq; p̄ om̄s
Cum ſtabulis armenta trahit. vidi ipſe furentē
Cede Neoptolemū. geminoſq; ī limine. atridas
Vidi Hecubam. centūq; nurus Priamūq; p̄ aras
Sanguine fedantē quos ipſe ſacrauerat ignes
Quinquaginta illi talami. ſpes tanta nepotum.
Barbarico poſtes auro. ſpolijſq; ſuperbi
Procubuere. tenent danai qua deficit ignis
Forſitan et priami fuerint que fata requiras.
Vrbis vbi capte caſum. conuulſaq; vidit
Limina tectorū. et mediū in penetralibus hoſtē
Arma diu ſenior deſueta trementibus euo
Circundat nequicq̄ humeris. et inutile ferrum.
Cingitur. ac denſos fertur moriturus in hoſtes.
Aedibus in medijs. nudoq; ſub etheris axe
Ingens ara fuit. iuxtaq; veterrima laurus
Incumbens are. atq; umbra complexa penates.
Hic Hecuba. et nate. nequicq̄ altaria circum

Precipites.atra ceu tempeſtate columbe
Cōdenſe.et diuum amplexe ſimulacra tenebant
Ipſum autē ſumptis Priamū iuuenilibꝰ armis
Vt vidit Que mens tā dira miſerrime cōiunx
Impulit his cingi telis.aut quo ruis.inquit
Non tali auxilio.nec defenſoribus iſtis
Tēpus eget.nō.ſi ipſe meus nunc afforet Hector
Huc tandem concede.hec ara tuebitur omnes
Aut moriere ſimul.ſic ore effata recepit
Ad ſeſe.et ſacra longeuum in ſede locauit
Ecce autem elapſus Phyrrhi de cede Polytes
Vnus natorum Priami.per tela.per hoſtes.
Porticibus longis fugit.et vacua atria luſtrat
Saucius.illum ardens infeſto vulnere Pyrrhꝰ.
Inſequitur.iā iāqꝫ manu tenet.⁊ premit haſta
Vt tandem ante oculos euaſit.⁊ ora parentum
Concidit.ac vitam multo cum ſanguine fudit
Hic priamꝰ (quamq̄ꝫ in media iā morte tenetur)
Non tamen abſtinuit.nec voci.ireqꝫ pepercit
At tibi pro ſcelere (exclamat) pro talibus auſis
Dij (ſiqua eſt celo pietas.que talia curet)
Perſoluant grates dignas.et premia reddant
Debita.qui nati coram me cernere lethum
Feciſti.et patrios fedaſti funere vultus.

At non ille ſatum quo te mentiris Acchilles
Talis in hoſte fuit Priamo. ſed iura. fidemqꝫ
Supplicis erubuit. corpuſqꝫ exangue ſepulchro.
Reddidit Hectoreū. meqꝫ in mea regna remiſit
Sic fatus ſenior. telumqꝫ imbelle ſine ictu
Coniecit. rauco quod protinus ere repulſum
Et ſummo clypei nequicq̄ vmbone pependit
Cui Pyrrhus. referes ergo hec. et nuntius ibis.
Pelide genitori. illi mea triſtia facta
Degerēqꝫ Neoptolemum narrare memento
Nunc morere. hoc dicēs. altaria ad ipſa trementē.
Traxit. et in multo lapſantem ſanguine nati
Implicuitqꝫ comam leua. dextraqꝫ coruſcum
Extulit. ac lateri capulo tenus abdidit enſem
Hec finis priami fatorum. hic exitus illum
Sorte tulit Troiam incenſam. et prolapſa videtē.
Pergama tot quondā populis. terriſqꝫ ſuperbū
Regnatorem aſie. iacet ingens littore truncus
Auulſumqꝫ humeris caput. et ſine nomine corpꝰ
At me tum primū ſeuus circumſtetit horror
Obſtupuit. ſubijt chari genitoris imago
Vt regem equeuum crudeli vulnere vidi.
Vitam exhalantem. ſubijt deſerta Creuſa.
Et direpta domus. et parui caſus Juli

Reſpicio. et que ſit me circum copia luſtro
Deſeruere omnes defeſſi. ⁊ corpora ſaltu
Ad terram miſere aut ignibus egra dedere
Jamqꝫ adeo ſuper vnus eram. cum limina Veſte
Seruantem. et tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio. dant clara incendia lucem
Erranti. paſſimqꝫ oculos per cuncta ferenti
Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama teucros
Et penas Danaum. et deſerti coniugis iras
Permetuens Troie. et patrie cõmuis Erinnys
Abdiderat ſeſe. atqꝫ aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo. ſubit ira. cadentem
Vlciſci patriam. et ſceleratas ſumere penas
Scilicet ħ Spartã icolumis. patriaſqꝫ Mycenas
Aſpiciet. partoqꝫ ibit regina triumpho.
Coniugiumqꝫ. domũqꝫ patres. natoſqꝫ videbit
Iliadum turba ⁊ Phrygijs comitata miniſtris
Occiderit ferro Priamus Troia arſerit igni
Derdanium totiens ſudarit ſanguine littus
Non ita. namqꝫ et ſi nullum memorabile nomen
Feminea in pena eſt. nec habet victoria laudem
Extinxiſſe nephas. tamen et ſumpſiſſe merentis
Laudabor penas. animumqꝫ expleſſe iuuabit
Vltricis fame. et cineres ſatiaſſe meorum

Lambere flamma comas. et circum tēpora paſci
Nos pauidi trepidare metu. crinemq; flagrantē
Excutere. et ſanctos reſtinguere fontibus ignes
At pater anchiſes oculos ad ſydera letus
Extulit. et celo palmas cum voce tetendit
Juppiter omnipotens (precibus ſi flecteris vllis)
Aſpice nos. hoc tantum. et ſi pietate meremur
Da deinde auxilium pater. atq; hec omnia firma
Vix ea fatus erat ſenior. ſubitoq; fragore
Intonuit leuum. et de celo lapſa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit
Illa ſumma ſuper labentem culmina tecti
Cernimus Idea claram ſe condere ſilua
Signantemq; vias. tum longo limite ſulcus
Dat lucem. et late circum loca ſulphure fumāt.
Hic vero victus genitor ſe tollit ad auras
Affaturq; deos. et ſanctum ſydus adorat
Jam iā nulla mora eſt. ſeq̃r et qua ducitis adſum
Dij patrij ſeruate domum. ſeruate nepotē
Veſtrū hoc auguriū. veſtroq; in numine Troia eſt.
Cedo equidem. nec nate tibi comes ire recuſo
Dixerat ille. et iam per menia clarior ignis.
Auditur. propiuſq; eſtus incendia voluunt
Ergo age chare pater ceruici imponere noſtre

Ipſe ſubibo humeris .nec me labor iſte grauabit
Quo res cunqꝫ cadent.vnum .et conmue periclū
Vna ſalus ambobus erit.mihi paruus Iulus
Sit comes.et longe ſeruet veſtigia coniunx
Vos famuli que dicam animis aduertite veſtris
Eſt vrbe egreſſis tumulus.templumqꝫ vetuſtū.
Deſerte Cereris iuxtaqꝫ antiqua cupreſſus.
Religione patrum multos ſeruata per annos
Hanc ex diuerſo ſedem veniemus in vnam
Tu genitor cape ſacra manu.patrioſqꝫ penates.
Me bello ex tanto digreſſum.et cede recenti.
Attrectare nefas.donec me flumine viuo.
Abluero.
Hec fatus latos humeros.ſubiectaqꝫ colla
Veſte ſuper.fuluiqꝫ inſternor pelle leonis
Succedoqꝫ oneri.dextre ſe paruus Iulus
Implicuit. ſequiturqꝫ patrē non paſſibus equis
Pone ſubit coniunx.ferimur per opaca locorum.
Et me quem dudum non ulla iniecta mouebat.
Tela.neqꝫ aduerſo glomerati ex agmine Graij.
Nunc omnes terrent aure.ſonus excitat omnis
Suſpenſum.et pariter comitiqꝫ oneriqꝫ timentē
Iamqꝫ propinquabam portis.omnemqꝫ videbar
Euaſiſſe viam.ſubito cum creber ad aures.

Talia iactabam .⁊ furiata mente ferebar
Cum mihi ſe. non ante oculis tã clara videndã
Obtulit. ⁊ pura per noctem inluce refulſit
Alma parens. confeſſa deam. qualiſq; videri
Celicolis. et quanta ſolet. dexteraq; prehenſum
Continuit. roſeoq; hec inſuper addidit ore.
Nate. quis indomitas tantus furor excitat iras.
Quid furis. aut quo nã noſtri tibi cura receſſit
Non prius aſpicies. vbi feſſum etate parentẽ
Liqueris Anchiſen. ſuperet cõiunx ne Creuſa
Aſcaniuſq; puer. quos omnes vndiq; Graie
Circum erraut acies. ⁊ ni mea cura reſiſtat
Jam flamme tulerint. inimicus et hauſerit enſis
Non tibi Tpn daridis facies inuiſa Lacene
Culpatus ve Paris. verum inclementia diuum.
Has euertit opes. ſternitq; a culmine Troiam
Aſpice (namq; omnem que nunc obducta tuenti
Mortales habetat viſus tibi. et humida circum
Caligat. nubem eripiam. tu ue qua parentis
Juſſa time. neu preceptis parere recuſa)
Hic vbi diſiectas moles auulſaq; ſaxis
Sara vides. mixtoq; vndantem puluere fumũ.
Neptunus muros. mapnoq; emota tridenti
Fundamenta quatit. totamq; a ſedibus vrbem

Eruit. hic Juno Sceas ſeuiſſima portas
Prima tenet. ſociumq; furens a nauibus agmē
Ferro accincta vocat
Jam ſummas arces Tritonia (reſpice) pallas
Inſedit nymbo effulgens et Gorgone ſeua.
Ipſe pater Danais animos. vireſq; ſecundas
Sufficit. ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma.
Eripe nate fugam. finemq; impone labori
Nuſꝗ abero. et tutum patrio te limine ſiſtam
Dixerat. & ſpiſſis noctis ſe condidit vmbris
Apparent dire facies. inimicaq;. Troie
Numina magna deum
Tum vero omne mihi viſum cōſidere in ignes
Ilium. et ex imo verti Neptunia Troia.
Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornū.
Cum ferro acciſam. crebriſq; bipennibus inſtāt.
Eruere agricole certatim. illa vſq; minatur
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat.
Vulneribus donec paulatim euicta ſupremum.
Congemuit traxitq; iugis auulſa ruinam
Diſcedo. ac ducēte deo flammam inter. & hoſtes.
Expedior. dant tela locum. flammeq; recedunt
Aſt vbi iam patrie peruentum ad limina ſedis
Antiquaſq; domos. genitor quem tollere in altos

Viſus adeſſe pedū ſonitus. genitorq; per vmbrā.
Proſpiciēs Nate (exclamat) fuge nate. propinquāt
Ardētes clypeos. atq; era micātia cerno
Hic mihi neſcio quod trepido male numē amicu;
Confuſam eripuit mentem. namq; auia curſu
Dum ſequor et nota excedo regione viarum
Heu miſero coniunx fato ne erepta Creuſa.
Subſtitit. errauit ne via. ſeu laſſa reſedit
Incertum. nec poſt oculis eſt reddita noſtris
Nec prius amiſſam reſpexi. animumq; reflexi
Qua; tumulum antique Cereris. ſedēq; ſacratā.
Venimus. hic demum collectis omnibus vna
Defuit. et comites. natumq; virumq; fefellit
Quem non incuſaui amens hoīmq;. deorūq;
Aut quid in euerſa vidi crudelius vrbe
Aſcanium Anchiſēq; patrē Teucroſq; penates
Commendo ſocijs. et curua valle recondo
Ipſe vrbem repeto. et cingor fulgentibus armis
Stat caſus renouare omnes. omnemq; reuerti.
Per Troiam. et rurſus caput obiectare periclis.
Principio muros. obſcuraq; limina porte.
Qua greſſu; extuleram repeto. et veſtigia retro
Obſeruata ſequor per noctēq;. et lumine luſtro
Horror vbiq;. animos ſimul ipſa ſilentia terrēt.

Inde domum ſi forte pedem ſi forte tuliſſet
Me refero. irruerant Danai. ⁊ tectū om̄e tenebāt
Illicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento.
Voluitur. exuperant flām̄e. furit eſtus ad auras
Procedo ad priami ſedes. arcemqꝫ reuiſo
Et iam porticibus vacuis iunonis aſylo
Cuſtodes lecti Phenix. ⁊ dirus Vlixes
Predam adſeruabant. huc vndiqꝫ Troia gaza.
Incenſis erepta adytis. menſeqꝫ deorum
Crateresqꝫ auro ſolidi. captiuaqꝫ veſtis
Congeritur. pueri et pauide lōgo ordine matres
Stant circum. ⁊ tacitis implent mugitib⁹ aures.
Auſus quinetiam voces iactare per vmbram
Impleui clamore vias. moeſtuſqꝫ Creuſam
Nequicq̄ ingeminans iterum iterūqꝫ vocaui
Querenti ⁊ tectis vrbis ſine fine furenti
Infelix ſimulacrum. atqꝫ ipſius vmbra Creuſe.
Viſa mihi ante oculos etn ota maior imago
Obſtupui. ſteteruntqꝫ come. et vox faucib⁹ heſit.
Tum ſic affari. et curas his demere dictis
Quid tantum in ſano iuuat indulgere labori
O dulcis coniunx. non hec ſine numine diuum
Eueniūt. nec te hinc comitem aſportare Creuſam
Fas. haud ille ſinit ſuperi regnator olympi
Longa tibi exilia. et vaſtū maris equor arandum

Optabam primū montes.primumq; petebam
Abnegat exciſa vitam producere Troia
Exiliumq; pati Vos o quibus integer eui
Sanguis ait.ſolideq; ſuo ſtant robore vires
Vos agitate fugam
Me ſi celicole voluiſſent ducere vitam
Has mihi ſeruaſſent ſedes.ſatis vna ſuperq;
Vidimus excidia.et capte ſuperauimus vrbi
Sic o ſic poſitum affati diſcedite corpus.
Ipſe manu mortem inueniam.miſerebitur hoſtis
Exuuiaſq; petet.facilis iactura ſepulchri eſt
Iam pridem inuiſus diuis.et inutilis annos
Demoror.ex quo medium pater.atq; hoīm rex
Fulminis afflauit ventis.et contigit igni
Talia preſtabat memorans.fixuſq; manebat.
Nos conta effuſi lachrymis.coniunxq; Creuſa
Aſcaniuſq; omniſq; domus.ne vertere ſecum
Cuncta pater.fatoq; vrgenti incumbere vellet
Abnegat.in ceptoq;.et ſedibus heret in ijſdem
Rurſus in arma feror.mortemq; miſerrim⁹ opto
Nam quod conſilium.aut que iā fortuna dabat
Me ne efferre pedem genitor te poſſe relicto
Speraſti.tantumq; nefas patrio excidit ore
Si nihil ex tanta ſuperis placet vrbe relinqui

Et ſedet hoc animo.peritureq; addere Troie
Teq;.tuoſq; iuuat.patet iſti ianua letho
Iāq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus
Natū āte ora patris.patrē qui obtruncat ad aras
Hoc erat alma parens.ꝙ me per tela.per ignes
Eripis.vt mediis hoſtem in penetralibus.vtq;
Aſcaniumq;.patrem meum.iuxtaq; Creuſam
Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam
Arma viri ferte arma.vocat lux vltima victos
Reddite me Danais.ſinite inſtaurata reuiſam
Prelia numꝗ̄ omnes hodie moriemur inulti
Hic ferro accingor rurſus.clypeoq; ſiniſtram
Inſertabam aptans.meq; extra tecta ferebam
Ecce autem complexa pedes in limine coniunx
Herebat paruumq; patri tendebat Iulum
Si periturus abis.et nos rape inomnia tecum.
Sin aliquā expertꝰ ſumptis ſpē ponis in armis.
Hanc primum tutare domū.cui paruus Iulis.
Cui pater.et coniunx quondā tua dicta reliquor
Talia vociferās gemitu tectū omne replebat.
Cum ſubitum.dictuq; oritur mirabile monſtrū
Namq; manus inter.moeſtorūq; ora parentum
Ecce leuis ſommo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex.tactuq; innoxia molli

Ad terram heſperiam venies. vbi Lydius arua
Inter opima virum leni fluit agmine Tybris
Illic res lete. regnumq;. et regia coniunx
Parta tibi. lachrymas dilecte pelle Creuſe
Non ego ſ Myrmidonū ſedes. dolopū ve ſupbas.
Aſpiciam. aut graijs ſeruitum matribus ibo
Dardanis. ꝛ diue veneris nurus
Sed me magna deum genitrix his detinet oris
Iamq; vale. ꝛ nati ſerua communis amorem
Hec vbi dicta dedit. lachrimātē. et multa volētē
Dicere deſeruit. tenueſq; receſſit in auras
Ter conatus ibi collo dare brachia circum
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago
Par leuibus ventis. volucriq; ſimillima ſomno
Sic demum ſocios conſumpta nocte reuiſo
Atq; hic ingentem comitum affluxiſſe nouorum
Inuenio admirans numerum. matreſq; viroſq;.
Collectam exilio pubem. miſerabile vulgus
Vndiq; conuenere animis. opibuſq; parati
In quaſcunq; velim pelago deducere terras
Iamq; iugis ſumme ſurgebat Lucifer ide.
Ducebatq; diem Danaiq; obſeſſa tenebant
Limina portarū. nec ſpes opis vlla dabatur
Ceſſi. ꝛ ſublato montē genitore petiui

¶ Secundi Aeneidos libri finis


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
0 1 2 3 4 5 6 mm